

29. Ὡς Θεὸς ἐνίκα] Emendaueram olim, ὥς Θεὸς ἐνίκα.
postea idem Porto in mentem venisse animaduerti.

33. Φιάλην λόγων] Pindari, opinor, imitatio est, sed nunc quidem is locus non succurrit. Quae autem vitiata in hoc poëmatio fuerunt; ea, opinor, haud quisquam emendet abique manuscripti alicuius ope. Illa itaque tentem quidem, sed illustrem in vita Alexandri correctionem proponam. Describit Plutarchus; locus est p. 702. edit. Paris. mai.; lasciuiam exercitus Macedonici, choreas, commissiones, meretricum festos dies, omnia canticis, et tibiarum, fidiumque, sono, strepentia; sic denique narrationem claudit: Τῷ δὲ ατάκτῳ, καὶ πεπλανημένῳ, τῆς πορείας παρείπετο ταῖς Φιάλαις, καὶ παιδιὰ Βακχικῆς υβρεῶς. Ad verbum erit, *Tam inconditum, et incompositum, agmen sequebatur phialis, et lusus Bacchicae licentiae.* Sed quid hoc *phialis*, et *lusus*? aut, si Graece | mauis, *Φιάλαις*, καὶ *παιδιά*? Nullus sensus erit, quin et oratio fuerit planissime σολομίζσα· quod nemo in dubium reuocabit. Pro ταῖς Φιάλαις legendum ὁ Φάλης· et ita locus ille Latine convertendus, *Tam incompositum, et vagabundum, agmen sequebatur Phales, et Bacchicae licentiae lusus.* Φάλης autem erat deus ille, qui pater omnium SS. ab Italis vocatus est, quem tamen vix satis honeste nominare queas; licet tanta eius vis, et potestas, sit, nemo ut post homines natos, nisi illo benigno, et propitio, sibi vnquam heredem procreauerit. Eius figura erat sane lepida, nempe ξύλινος αἰδοῖος· aliquando etiam δερμάτινος. Ei pompa in Dionysiis, seu Bacchanalibus, etiam fiebat; cuius exemplum habes apud Aristophanem in Acharnensibus.

36. Φλογερὸν ἄσφον] *Caniculam* scilicet.

III. τί καλὸν] Hoc odarium vel perquam mediocri poëta indignum est.

Ode LVI. I. Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἡδη] Est vero, est, lector, Anacreontis, quod legis, si quid vnquam Anacreontis fuit.

7. Ἀνασταλύζω] Isthuc verbi haud memini usquam legere me; neque a Lexicographis notatum fuit, ut rec quater mille, et amplius, quae hinc inde olim collegeram.

Scio